UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 45. Wittemberga a Cæsare cincta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66608

Visual Library

usque ad nova Cæſaris mandata ibidem detinendi. Sæc. XVI. A.C. 1547.

§. XLV.

Wittemberga a Cæſare cincta.

Reportata hac victoria Carolus Imperator Wittembergam contendit, quo Joannes Fridericus natu major Electoris Filius cum pluribus aliis confugerat. Vix Cæſar exercitum ſuum urbi admoverat, cum deditionem fieri poſtularet, urbis autem Gubernatore eam denegante Imperator civitatem undique copiis cingi præcepit, atque tam arcte incluſam tenuit, ut omne cum exteris commercium incolis eſſet interdictum: cum tamen Imperator obſidionem longius protrahi proſpiceret, ipſe vero rem brevi ad extrema deduci peroptaret, hinc Saxoniæ Electorem morti adjudicare ſtatuit, qua ſeveritate Sibilla Saxonis conjux, ejusque liberi admodum perterriti, Cæſaris clementiam implorarunt, urbemque dederunt.

Thou. hiſt. lib. 4. Sleid. l. 19. p. 666.

§. XLVI.

Saxoniæ Elector a Cæſare capite damnatus.

Convocato igitur belli ſenatu, cunctisque Cæſaris judicio aquieſcentibus

Thou. Sleid. l. c.